



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

6. De actibus externis interruptis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

ore iurandi; superveniens ergo dubitatio, an peccatum
ab antiquo confitendo, non invenit libertatem expeditam,
sed invenit jam ligatam ab obligatione confitendi, ergo ligatam relin-
quere debet. Vm huius rationis clarius intelliges, si
an sit peccatum debeat. Vm huius rationis clarius intelliges, si
nt ceteros, quæ nos diximus cum de Confessione dubia
Confess. in Decal. cap. 3. præsertim tota §. 6. & 7.

§. V. De actibus interioribus interruptis.

Exemplum. Aliquis odio habet graviter inimicum
suum mala ei graviora desiderando, vel inferre
Sa v. de peccato atque per aliquod tempus in his interioribus
orellis, vel annos. Aliquis turpiter concupiscit puellam
um. De peccato multos menses, &c. Quæritur qua ratione hic
tus, si confessionem suam expediat, posito quod multoties
peccatum actus negotiis, somno, aliisve bonis cogitationibus
factus sit interruptus.

1. Ceterum est si interruptit contraria voluntate, &
est, quando renovavit; debere ejusmodi renovationes quan-
nec contra recordatur juxta ac cetera nova numero peccata,
non solum confiteri tenetur, explicari. Ratio est quia per il-
lucum penitentiam evadunt illi actus, & in genere physi-
ce dubium, & in genere morali numero distincti, distinctione
nata per intermedium illum actum contrarium: nume-
rationis, si confessionem suam expediat, posito quod multoties
peccatum actus negotiis, somno, aliisve bonis cogitationibus
factus sit interruptus.

2. Difficultas igitur, & quidem gravis est, abstrahen-
tem, si interruptio per contrarium actum. Dico ergo
trique, quæ sit speculative probabilior sententia asserens
etiam per quilibet interruptionem multiplicari numero
tiores vel peccatos actus, unde & debere, si memoria teneantur,
illiusmodi actus, tamen contraria opinio, quæ docet minimè de-
te numero, est etiam probabilis. Ita Canus in relect. de pen. p. 4.
Cognovit Delacur, Petrus Fay, Homobon. Diana, & ex par-
tibus, quos citat & sequitur Delugo disp. 16. sect. 14.
Ratio est quia in genere motus omnes illi actus
multiplicentur. Satis est igitur si explicetur tempus,
quando est notabile (si enim sit breve, de quo dicam
infra §. 3. n. 47 & 48. nec tempus esset necesse declarare)
is, si sit talis, si dicatur, Ego v. g. per unum diem odio
infectus habui Petrum, illi mala gravia imprecatum sum:
per unum mensem turpiter concupisci puellam, &c. intel-
ligitur cum morte humano, id est tales actus per varias
motus actiones fuisse interruptos.

3. Quid si quis raro interruptit turpem illam co-
gitationem, vel alius sæpissimè, propter urgentia sua
tationem? Sine Coninch. disp. 7. de pen. d. 7. ipsique favet
as 2. n. 2. Tr. 13. disp. 5. sect. 18. n. 84. Delugo de pe-
disp. 16. sect. 145. & 567. fin. ait hanc extraordinariam
tationem, vel frequentiam esse explicandam (intellige
confessio, dicendo se frequentissimè vel rarissimè co-
gitalis, quod certe facere est optimum consilium: quia
exhibet modum humanum communem, atque adeo
naturaliter commutatur iudicium Confessarij. Canus,
Delacur, Fay, Homobon. Diana citati n. 32. indistin-
tè loquuntur: & dum indistinctè docent omnes illos
actus esse unum in genere moris: non videntur niti co-
municatio, quasi ex illo ordinario modo agendi hu-
mano (nisi excedatur) possit plus minùs de Confessio-
ne præcipi actuum numerus: sed fundantur in persisten-
tia permanentia habituali malæ cogitationis, à qua
adfectus de sumunt rationem omnes illi interni actus
re multi, si pravi: & varietate cuius animus illius pec-
catoris semper est affectus, & promptus ad cogitatio-
nem illas malas. Quare, ne scrupulis locus detur, puto
Coninch obligationem non esse ex necessitate fi-
gere imponendam, cum præsertim teneamus non
liberare, quod iudicium Confessarij immutare potest, esse
missio per se ostendendum, ut ex iis, quæ de circumstantiis
gravantibus dicimus §. 18. cognosci poterit.

34. Excipe, si quando tanta est interruptio, ut non
judicetur adesse dicta persistencia: v. g. vult quis occide-
re inimicum; ita ut per mensem continuè hanc vo-
luntatem modo dicto: postea vel per annum infirmetur,
vel discedat ab urbe, vel ipso lapsu temporis, rerumque
mutationibus frigescat immo evanescat veluti natura sua
illa prava voluntas: si deinde post annum sanus effectus
vel rediens in urbem, &c. Voluntatem occidendi resu-
mat, sanè hæc voluntas cum illa priori facere unum
non videtur: quia morali modò non censetur illa tam
dista voluntas ita habitualiter permanere, ut cum ad
hoc conflandum unum peccatum, conjungatur. Et per
hoc fortasse duæ prædictæ sententiæ conciliabuntur.

§. VI. De actibus exterioribus interruptis.

35. Actum externum is exhibet, qui præter inter-
nam pravam cogitationem, addit aliquam ex-
teriorem demonstrationem. Id quod duplici contingere
potest modo. Primo in ordine ad unum numero actum
seu finem: ut si quis, ne mortem effugiat suus inimicus
per unum annum v. g. parat illi, insidias, præparet gla-
dium, equum conscendat, &c. Ita etiam si quis amans
puellam per duos annos v. g. semper querat modum
quo illa potiarur: in his exemplis, unum est homici-
dium numero, una fornicatio, ad quæ ordinantur res-
pectivè illi actus externi. Secundo in ordine ad diversos
actus, ut cum quis exerceat habitualiter officium ex se
multis numero vel specie peccatis implicitum. Talis est
meretrix, usurarius, grassator viarum. Hic de priore, in
sequenti §. de posteriore agemus.

36. Quoad prius ergo dicendum est idem, quod in
precedenti §. dictum est, ex Delugo disp. 16. sect. 14. num.
567. propter paritatem rationis: omnes enim hi actus
externi sumunt unitatem ab illo actu finali, ad quem or-
dinantur. Adscribe tamen exceptionem positam num. 4.
Quare probabile est satis esse ad Sacramentum peni-
tentia si dicat quis, per tot dies procuravi homicidium
mei inimici, ejusdem puella congressum, &c.

37. Illud nota, si mediante alia persona finem inten-
tum acquirere curasti, vel puellam tentasti renitentem;
debere id explicari: quia est inductio proximi ad pec-
catum, atque adeo novam speciem peccati scandalii com-
mitti. Dixi (renitentem) nam de consentiente dicitur
infra c. 7. §. 8.

38. Petes, si quis finem obtinuit suæ prævæ cogita-
tionis; satis ne fateri dictum finem duntaxat, se v. g.
puellam cognovisse: se occidisse inimicum? Respondeo.
Delugo n. 566. ait, quia hoc est peccatum consumma-
tum; non esse necesse ut is dicat quoties habuit decre-
tum procurandi: cum sufficiat confiteri illud tanquam
unum peccatum consummatum. Sed profectò debere
explicare saltem se per tantum tempus procurasse, modo
jam explicato §. precedenti, mihi non est dubium: ut sci-
licet innoscat, an & quæ persistencia peccati habitua-
lia præcesserit.

§. VII. De peccatore habituali, ubi de Meretrice.

39. Quoad secundum, quod modo promissimus in
hoc §. declarandum; sic statuo: licet illa opinio
Doctorem apud Fay, & Dian. mox citand. quod similes
peccatores habituales debeant speciatim numerum, spe-
ciemque peccatorum explicare, sit nimis severa; illa
tamen Navarri in summa, c. 6. n. 15. quæ docet sufficere
si solum dicatur tempus peccati, est nimis laxa: media
ergo via est procedendum cum Fagundez præcep. 2. Eccl.
l. 3. c. 4. m. 11. sine aliisque apud Dianam part. 4. tract. 4. res.
89. Quare à Meretrice v. g. non solum debet explicari
tempus mali status; sed etiam principales species pecca-
torum, quas memoria retinet: an scilicet ipsa peccave-
rit cum Sacerdotibus, cum propinquis, cum coniugatis
&c. Item in confuso multitudine numerica: v. g. toties
plus minus per menses, vel per hebdomadas, &c. Si
enim aliqua recordatur se in frequenti civitate, sæpif-
simè